

C A P V T I.

Quid sit maiestatis crimen: Et quis,
adversus quem illud commit-
tat.

S U M M A R I A.

- 1 Definitio criminis maiestatis.
- 2 Maiestas alia est eterna, alia temporalis.
- 3 Maiestatis crimen in iure nostro significatur plerumq; tem-
poralis siue humanae maiestatis crimen.
- 4 Crimen maiestatis iure civili simpliciter appellatum. Ius Can-
nicum vocat etiam crimen laesa maiestatis.
- 5 Crimen aliud est publicum, aliud extraordinarium.
- 6 Crimen publicum quod sit.
- 7 Qua nota publicum crimen distinguatur a privato crimen.
- 8 Communia utriusque criminis, publici, & extraordinarij.
- 9 Qua ex lege publicum sit, maiestatis crimen.
- 10 Legis Iuliae autor quis sit, quo ad maiestatis crimen, in dubium
vocatur.
- 11 In dubio quod verisimilius est, teneri debet.
- 12 Lex Iulia maiestatis a Julio Cæsare lata presumitur.
- 13 Quis civis sit Romanus.
- 14 Solus civis Romanus committit maiestatis crimen.
- 15 Solus subditus maiestatis crimen committit.
- 16 Clericus an maiestatis committat crimen in surgendo contra
Imperatorem?
- 17 Clericus Imperatori subiectus non est.
- 18 Clericus maiestatis crimen committit etiam in persona Impera-
toris.
- 19 Rex, Princeps, Comes, Baro, Imperatoris Vasallus, attamen
Romano Imperio non subiectus, an maiestatis crimen ad ves-
sus Imperatorem committat, quæstio anceps.
- 20 Negata sententia probatur.
- 21 Aientem opinionem amplectitur Menochius.
- 22 Menochij sententia rejecitur.
- 23 Provincia, Civitas, Pagus Imperij Romani, committere quoque
potest maiestatis crimen, offendendo imperatorem.
- 24 Maiestatis crimen committitur adversus Imperatorem, & po-
pulum Romanum, eiusq; securitatem.
- 25 Obiectio: crimen maiestatis hodie non amplius committi ad-
versus populum Romanum, ex querundam sententia.

26 Populus